

1537. d. 20. gbris

475

Joannes Choienski episcopus Cracoviensis et regni Polonia cancellarius, Paulo tertio pontifici maximo.

Litteras sanctitatis vestre ea par erat veneratione accepi, quae tamen non mediocriter me conturbaverunt, factus sum enim ex illis certior, falso nomen meum ad sanctitatem vestram delatum esse per Stanislaum de Rzezcza, quasi mea opera factum sit, ut ille possessione decanatus Kielensis deturbaretur, quin etiam testimonium quarundam litterarum prolatum accipi, quasi per vim sacerdotium id per me fuerit retentum, quod quidem suo tempore refellitur, nunc illud quam verum sit eum possessione spoliatum esse, vel ex eo sanctitas vestra intelligere, quod satis constat nunquam eum possessionem decanatus adusse, nunquam me possidere illum desiisse in id usque tempus, quo paulò antequam essem Cracoviensis episcopus designatus, venerabili Joanni Wilamowski iuris utriusque doctori cantori ecclesiae meae Cracoviensis et cancellario meo, decanatu isto cessi. Est magis quod ego sanctitati vestrae de homine hoc querar, circumventum me ab illo fuisse, cum episcopatum Ploansensem illi expediendum commissem. Quem cum ego bonafide mandata mea confecturum sperarem, ita rem egit, ut contra voluntatem decanatum istum

mihì

75

michi eripere conaretur. Verum sanctitas ve:
stra, simul atque ita mihi per hominem hunc
impositum esse cognovit, pro sua divina vir:
tute fecit, ut hoc ipsum sacerdotium mihi cum
episcopatu meo Ploensi reservaretur. Quod ius
et beneficium cum ipsa mihi sanctitas ve:
stra dederit, fore confido, quod tutari id etiam
et conservare dignabitur, id quod ut faciat, ne:
que falsis cuiusque de me delationibus aures
accommodet suas, qua summa possum ani:
mi mei demissione, sanctitati vestre suppli:
co. Cracovia vigesima Novembris, millesimo
quingentesimo trigesimo septimo.